Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift



descendendo demonstraret. Quia pacientiam docebat. ideo poten
tiam differebat. Si enim quasi commotus ad eorum uerba descenderet. uictus cum ui
ciorum dolore putaretur. Persus non descendit. fixus permansit. quando uel
let abscessurus. Nam quid ei magnum fuit de cruce descendere. qui po
tuit de sepulchro resurgere. Intelligamus ergo nos quibus hoc minis
tratum est potentiam domini nostri ihesu xpi occultam tunc manifestam futuram
in iudicio de quo dictum est. dominus manifestus ueniet. dominus noster et non silebit.
Quid est manifestus ueniet. Quia uenit occultus ueniet et manifestus
dominus noster. hoc est xpc. et non silebit. Quid est non silebit. Quia primo siluit. Ubi
siluit. Quando iudicatus est. ut etiam hoc impleretur quod de eo propheta
predixerat. Sicut ouis ad immolandum ductus est. et sicut agnus coram ton
dente sine uoce. sic non aperuit os suum. Si ergo pati nollet non pateretur.
si non pateretur sanguis ille non effunderetur. si sanguis ille non effun
deretur. mundus non redimeretur. Agamus itaque gratias. et potestati di
uinitatis et miserationi infirmitatis eius. et de occultata poten
tia quam iudei non nouerant. unde illis modo dictum est. neque me nostis
neque patrem meum. et de carne suscepta quam iudei nouerant. et
cuius patriam sciebant. unde illis alio loco dixit. et me nostis. et un
de sim scitis. Utrumque nouerimus in xpo. et unde equalis sit patri.
et unde illi maior est pater. Illud uerbum est. illud caro. illud dominus est.
illud homo. sed unus est xpc dominus et homo. Sermo xxxvii. ab eo
quod dictum est. dixit ergo eis iterum ihesus. ego uado et queritis me
usque ad id quod ait. dixit eis ihesus. principium qui et loquor
uobis.

LECTIO SCI EVANGELII QUE PRECESSIT

Hodiernam ita conclusa erat. quia locutus est docens in gaho phi
lacio dominus quem uoluit. et que audistis. et nemo apprehendit eum. quia non
dum uenerat hora eius. Hinc disputatum est dominico die. quod ipse dona
re dignatus est. Intimauimus caritati uestre. quare dictum sit non dum
uenerat hora eius. ne positum xpm sub aliqua necessitate fatali
ulla impietas auderet improbe suspicari. Nondum enim era
uenerat hora. quia ex ordine suo secundum ea que predicta nota sunt
de illo non mori cogeretur inuitus. sed occideretur facta sunt ut parat.
Modo autem de ipsa passione sua que posita erat non in [illegible] eius neces
sitate sed potestate. locutus est iudeis dicens. Ego uado. Xpo enim domino
mors profectio fuit. illo unde uenerat. et unde non discesserat.